



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

Luxemburgi, 1739

LVII. Impositio trium decimarum super fructibus omnium Ecclesiasticorum
beneficiorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](#)

Tenor primi
Decreti d. S.
Congregationis Episcoporum, & Regulam
favore d. fratrū
Excalceat.
Ord. Eremit.
S. Augustini.

Tenor alterius
Decreti ejusdem S.
Congregationis favore
dicitur. fratrū
fratrum &c.

Absolutio à
Censuris.

Pontifex Mo-
tu proprio
dd. duo De-
creta confir-
mat, omnes
que defectus
siqui in eis
intervenient
suppleret,
& lamarat.

Decretum
irritans.

fel. rec. Pauli V. in Breve super confirmatione
Constitutionum, atque alii, nec aequum est ut
major observantia in hac parte eis præjudicet &c.

§. 1. Sacra Congregatio Emorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, Emo Carpino referente, censuit, Oratores esse veros S. Augustini filios, & tam eos, quam illorum Congregationem gaudere omnibus Privilegiis, quibus Calceati, eorumque Religio gaudet. Roma 1. Septembri 1645. Ita reperitur in Regestro auto-grapho Sacrae Congregationis negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita habita ut supra. In quorum fidem &c. hoc die 7. Februarii 1673. C. de V. Archiepiscopus Athen.

§. 2. Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita ad compescendam nimiam eorum licentiam, qui contra declarationem alias ab hac Sacra Congregatione latam sub die 1. Septembri 1645. ausi fuerint deinceps assidere Fratres Discalceatos S. Augustini non esse veros ejusdem Sancti Patris Filios, nec eos, eorumque Congregationes gaudere omnibus privilegiis, quibus Calceati, eorumque Religio gaudet, Emo Carpino referente, supradictam declarationem, etiam quoad Fratres Congregationis Hispaniae renovans, & confirmans pœnam excommunicationis majoris Sanctæ Sedi Apostolicae reservatae contraventoribus imposuit, & ad tollendas hujusmodi contentiones, & iurgia, quæ inter Fratres supradicti Ordinis, & Congregationum Discalceatorum non absque religiosi status dedecore, ac Secularium scandalo prodeunt, neve Frater cum Fratre contendat, eosdem serio monet, ac hortatur in D., ut proprii Instituti memores, ac fraterna charitatis, per quam sub eodem Instituto vocati sunt in Societatem Christi in uno spiritu, contentiones hujusmodi, quæ religiosam unitatem maxime labefactant, depellant omnino. Quinimo entituntur potius, ut ambulantes in Domo Dei cum consenuerit mutuum in se ipsos charitatem, quod est vinculum perfectionis verius quam per habitum, & calceamenta tanti Patris filios se se exhibeant. Datum Roma 11. Augusti 1651. M. Ginettus, M. Adelicius Secretarius.

§. 3. Nos Decreta hujusmodi perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari cupientes, dictosque Fratres Excalceatos specialibus favoribus, & gratiæ prosequi volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliquæ Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latet, si quibus quomodolibet innodari existant ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absentees, & absolutos fore censemtes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine duo Decreta præserta cum omnibus, & singulis in eis respective contentis, & expressis, tenore præsentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui in præmissis decretis quomodolibet intervenierunt, aut interveniente dici, censi, vel prætendi quovis modo possent, plenissime, & amplissime supplemus, & sanamus.

§. 4. Decernentes easdem præentes literas, & Decreta præserta semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integras effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sive, & non aliter in præmissis pe-

quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, alioive quoilibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane si fecus super his a quocquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit derogari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dicti Ordinis, alioive quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboret statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus, & singulis omnibus illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanensuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu aliqui Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 3. Martii 1674. Pontificatus nostri Anno Quarto.

I. G. Slusius.

Registrata in Secretaria Brevium in lib. Mensis Martii par. utraque fol. 204.

Transumpta
fides.

Edit. 3. Mar.
1674. An. 4.

LVII.

Trium decimorum super fructibus omnium Ecclesiasticorum Beneficiorum, & Pensionum in universa Italia, & Insulis Italæ adjacentibus.

CLEMENS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei. Ad futuram rei
memoriam.

Ubi primum Divina Clementia nos, nullis licet præcedentibus meritis, ad Apostolicæ Dignitatis apicem evexit, Pastoris, & Patris Universalis muneri, quod gerimus, satisfacere cupientes, inter ceteras gravissimas curas, eo animum, & intentionem direximus; ut Clerum Italæ, & Insularum illi adjacentium, tam Secularem, quam Regularem à Decima per fel. recor. Alexandrum Papam VII. prædecessorem nostrum ob urgenter temporis illius necessitatem imposta, cum illa necessitas jam cessasset, liberaremus, majora illi subinde Pontificia charitatis argumenta exhibituri, ubi per conditionem temporum licuisset.

§. 1. Verum ærarium Apostolicum variis Christianæ Reipublicæ calamitatibus sublevandis in præsens valde exhaustum, non solum cursum inhibuit nostræ erga eundem Clerum liberalitatis; sed imminentे nunc Poloniæ Regno ab efferis, perpetuisque Christianæ pietatis hostibus maximo, periculosoque bello, in quo totius Europæ, adeoque rei Christianæ salus, & fortunæ hand dubiæ aguntur; eo nos redigit, ut ad ferendum tanto malo humanam opem, post Divinam accuratis precibus implorètam, extraordinariam, quamquam prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus aliquando confueta, experiri remedia cogamur. Egimus nos quidem per literas, & per Nuntios nostros, & quacumque alia ratione potuimus, neque pro Pastoralis Officii nostri

Exordium.

Motiva hu-
jus Constit.

nostri debito, agere desinemus, cum Christianis Principibus, ut arma, quibus inter se configunt, aut nullos, aut Victoribus ipsis graves, funestos sane Ecclesia triumphos habitura, reconciliatis tandem animis, & in sacri belli Societatem consentientibus, vertant in capita immanium barbarorum, qui Majorum suorum exemplo, a quibus amplissima Provincia, & Clarissima Imperia Christiana genti erupta fuerunt, expugnato superioribus annis Varadino, mox Naihusel, fortissimis Hungaria arcibus, deinde Creta Regno subacto, adeoque nostri maris possessione depulsi, aliquando vieti prælio, sed semper bello Victores ad angustiores quotidie terminos Christianam rem adiungunt.

§. 2. Nuper vero versis in Poloniā armis, Cumenecio, munitissima Poloniā Urbe, ac fere unico adversus barbaros amplissimi illius Regni propugnaculo in potestatem redacta, jugum fortasse jam nunc, & vastitatem Italiam magis ex propinquio intentarent, nisi invicta Polonorum virtus, Dei misericordia brachio excitata, eos memorabili Clade ad flumen Tyram, cæsis triginta amplius millibus, affecisset. Sed quoniam Pacis Auctori Deo nondum placuit hoc Nobis solatum impatrii, neque, etiam si brevi, ut speravimus, Officia nostra exitum sortiantur, eorumdem Principum suppetiae in tempore sunt afflatus, cum Turcæ validissimo, si umquam antea, apparatu, ut quos, supra vetus erga nos odium, recens ultionis amor accedit, Poloniā primo quoque tempore aggredi parent, si eis detur spatiū se colligendi; hoc est, si nos Polonis prosequi Victoriam, & pro Patria, & pro Religione, emori paratis defuerimus non suppeditara pecunia, qua summopere indigent, Cleri etiam illius facultatibus, cui auctoritate Apostolica tributum impositum fuit plane exhaustis.

§. 3. Nos ut quantum in nobis est, pro munere personæ quam gerimus, saluti publicæ consulamus; missō jam in Poloniā quidquid pecunia ad manū erat, ad prefati Cleri Italici, & Insularum adjacentium subsidia configimus, sperantes eundem Clerum pro Christianæ fidei defensione, pro qua, si opus esset, sauginem ipsum libenter daturum non dubitamus, pecuniam a nobis tam iustis, necessariisque de Causis indicandam, alacriter, & fideliter collaturum. Matura igitur super hoc cum Venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus deliberatione habita de eorundem Consilio, & assensu indicimus, & imponimus tres integras Decimas infra quinquennium, ut infra per solendas, omnium, & quorumcumque fructuum, redditibus, preventiū, juriū, obventioniū, distributioniū quotidianarum, & emolumentorum ordinariorū, & extraordinariorū omnium, & quorumcumque Patriarchalium, Metropolitanarum, Primatialium, Cathedralium, Collegiarum, ac Parochialium, aliarumque Ecclesiarum, necnon Monasteriorum, & Conventuum, ac etiam mensarum Patriarchalium, Primarialium, Archiepiscopaliū, Episcopaliū, Abbatialiū, Capitulariū, & Conventualiū, Prioratū quoque, Præpositurarum, Canoniciū, & Præbendarum, Dignitatū, Personatū, Administrationū, & Officiorū, Cappellaniarum, ceterorumque Beneficiorum, & bonorum Ecclesiasticorum, etiam Jurispatronatus laicorum, tam ex privilegio, quam fundatione, & dotazione, vel alio quocumque titulo; cum cura, & sine cura, Sæcularium, quoad Parochiales Ecclesias, videlicet, etiam computatis incertis, triginta unius ducatorum auri de Camera, cum uno quarto alterius ducati hujusmodi; quo vero ad alia beneficia, & bona, aliaque prædicta etiam computatis incertis, & distributionibus quotidianis, septem ducatorum parium valorem annum excedentium; Dummodo tamen Paro-

chialis, seu Beneficii, hujusmodi Titulares una cum illis alia Beneficia Ecclesiastica, five annuas pensiones valorem prædictum conjunctim excedentes non possident, seu percipient; Sancti quoque Benedicti, S. Augustini, Cluniaciens, Cisterciens, Præmonstraten, S. Basili, & qui proprietates, redditusque certos, ex privilegio, vel alias possident, Mendicantium, ac quorumcumque aliorum Ordinum, utriusque sexus, necnon Cassinæ, alias S. Justinæ de Padua, Cartusiens, Lateranen, Silvestrinorum, Montis Oliveri, Camaldulen, S. Salvatoris, Vallis Umbrosa, Celestinorum, Cisterciens, in Longobardia, & Clericorum Regularium Societatis Iesu, aliarumque Congregationum, Societatum, & Institutorum Regularium, exemptorum, & non exemptorum, & insuper Hospitalium, etiam Pauperum Hospitalitatem non exercentium, seu bona, & redditus ultra Infirorum necessitates, & alia, pro quibus instituta sunt, pia officia exercenda possidentium; Necnon B. Maria Teuthoniorum S. Lazari de Altopafu, Tempri Domini, & aliarum Militiarum, in Universa Italia, & Insulis Italiam adjacentibus consistentium secundum verum annum valorem fructuum, reddituum, preventum, & aliorum præfatorum, nisi aliter cum Sede, & Camera Apostolica, & pro ea cum dilecto Filio nostro Palutio Tit. SS. Duodecim Apostolorum S.R.E. Presbytero Cardinali de Alteris nuncupato ejusdem S.R.E. Camerario fuerit concordatum, & S.R.E. Cardinalibus ob assiduos, magnosque labores, quos Ecclesiæ Universalis impendunt, gravissimaque tuenda dignitatis Causa sustinent onera, ac Militia S. Joannis Hierosolymitani, que pro sua, & Christiani Orbis tutela aduersus Turcas prefatos semper gerit bella, dumtaxat excepta.

§. 4. Ac etiam indicimus, & imponimus tres similes Decimas omnium, & quarumcumque pensionum annuarum, super quibusvis fructibus, redditibus, preventibus, juribus, obventionibus, emolumentis, & distributionibus supradictis, five earum loco fructuum, reddituum, preventum, obventionum, emolumentorum, ac distributionum hujusmodi in favorem quorumcumque, non tamen Cardinalium prædictorum reservatarum, & assignatarum, seu translatarum, aut reservatorum, & assignatorum, vel translatorum, ac reservandarum, & assignandarum, seu transferendarum, aut reservandorum, & assignandorum, vel transrenderorum percipiendas, exigendas, ab omnibus, & quibuscumque Patriarchis, Primitibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiastis Prælati, ac ceteris cujuscumque dignitatis, gradus, status, ordinis, militia, & conditionis personis infra scripto quinquennio durante, prefata quocumque Jure, & titulo obtinentibus, & obtenturis, ac reservata, & assignata, seu translatâ habentibus, seu habituris, necnon Economis, Administratoribus perpetuis, & temporalibus, usufructuariis, ac fructus, pensiones, eos, & alia hujusmodi Jura, ex quacumque Causa fibi Apostolica auctoritate in toto, vel in parte reservata, seu translatâ habentibus, & habituris, Sæcularibus, & Regularibus Ordinum, Congregationum, Militiarum, & Hospitalium (non tamen S. Joannis Hierosolymitani) præfatorum, necnon ab ipsis Ecclesiis, Capitulis, Conventibus, Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, Hospitalibus, Militiis, Mensis, Massis, & Locis quocumque privilegio, exemptione, reali, personali, & mixta, antiqua, & immemorabili, pacifica, & continua suffultis.

§. 5. Quas omnes Decimas prædictas solvere obligatos, ut præfertur easdem infra quinquennium proximum quinque æqualibus solutionibus,

Tres similes decimas imponit omnium, & quarumcumque pensionum, prout in rub.

Designat tēpus facienda solutionis omnium dd. Decimorum.

Tres integras decimas infra quinque anni periodum imponit omnium, & quarumcumque pensionum, prout in rub.

Prohibet
Subcollecto-
ribus extra
Urbem depu-
tandis, ne ul-
tra talarium
quidquam
petere, aut
percipere,
vel preten-
dere audien-
t.

Monus De-
positarii de-
signat prout
in rub.

Poenitentia non
solventes sta-
tuto tempo-
re prædicti. De-
cimas, aut
non integre,
prout in ru-
brica.

Præcipit om-
nibus Con-
ductoriis,
Censuariis,
& Locatori-
bus, ut nomi-
ne suorum
principalium
hujusmodi
Decimas fol-
vant.

Vult eos in
solidum cogi
posse juxta
verum annuū
valorem pro-
ventuum, &
penionum
pro rata.

Vult omnes
Penionarios
exceptis Car-
dinibus, &
Militibus
Hierofoly-
mit, ad d.
Decimas te-
neri pro rata
penionum
quibuscumq;
non obstanti-
bus.

pro prima videlicet intra proximum diem Fe-
stum Dedicationis S. Michaelis Archangeli Men-
sis Septembris proxime futuri, & successive pro
reliquo quatuor solutionibus singulo quoque
anno ratam partem intra festum hujusmodi cujus-
libet anni immediate usque ad totalem solutio-
nem Cameræ prædictæ, & illius Depositario Ge-
nerali ad id constituendo omnino volumus per-
solvisse.

§. 6. Subcollectoriis autem Decimatum hu-
jusmodi extra Urbem nostram, ut infra depu-
tandis, ne ultra taxam competentis salarii in
eorum deputationum literis patentibus desi-
gnandam, etiam petere, vel prætendere, aut
percipere audeant, specialiter, & expresse, ac
sub poenis in contravenientes arbitrio ejusdem
S. R. E. Camerarii instigendis, prohibemus. Ejus-
dem vero Depositarii munus erit sedulo curare,
ut quidquid pecuniarum ex Decimis obligetur,
id diligenter, ac fideliter asseretur, de manda-
to Nostro speciali in præfatis usus dumtaxat,
nec alias ergandam.

§. 7. Quicunque vero Decimas hujusmodi
nullo modo, vel non integre, scienter, aut non se-
cundum verum annum valorem fructuum, redi-
tuum, proventuum, iurium, obventionum,
emolumentorum, vel concordiam cum Sede,
& Camera prædictis, ut præfertur ineundam,
sive in terminis constitutis, non exhibuerint,
sive in illorum exhibitione malitia commis-
serint, vel fraudem; si Ecclesiarum Antistites fue-
rint suspendimus a Divinis, Capituli vero, Con-
ventus, Congregationes, Sociates, & Collegia Ecclesiastico interdicto supponimus, ac singu-
lares Personas Antistite inferiores excommu-
nicationis sententia innodamus.

§. 8. Ceterum ad prædictas Decimas con-
sequendas præcipimus, etiam omnibus Conductoriis,
Censuariis, & Locatoribus proprietatum,
fructuum, rerum, & Juri prædictorum,
etiam hujusmodi oneratorum, ut memora-
ratas Decimas nomine Dominorum, ac pensionariorum ad computum sive quisque loca-
tionis; omnibus vero possessoribus, & usufru-
cuaris, & aliis pensiones, seu fructus, aliquie
prædicta solvere debentes, ut ipsi etiam Decimas pensionum hujusmodi nomine Pensionariorum Cameræ, & Depositario prædictis integre persolvant.

§. 9. Decernentes, Decimas fructuum, redi-
tuum, proventuum, & aliorum Juri prædi-
torum secundum verum valorem annum, alias
vero pensionum Decimas ad eamdem rationem
trium Decimarum durante dicto quinquennio
præstati debere, & secundum eam prædictos omnes
in solidum cogi posse ipsarum Decimatum
Procuratores a quibus libuerit integrè exigendi
optionem, facultatemque habere, omnesque, &
singulos Pensionarios, quacunque auctoritate,
dignitate, preeminentia præfulgeant, Cardina-
libus, ac Militibus S. Jo. Hierosolymiti præ-
fatis tantum exceptis, ad ipsam Decimatum solu-
tionem, pro rata cujuslibet pensionis, teneri,
& obligatos esse, neque ullum jus, & actionem,
etiam in vim cujuscumque pacti, & conventionis,
quantumvis ex Causa onerosa, vel dona-
tionis, juramenti, obligationis Cameralis,
augmenti Pensionum, & cujasvis alterius,
quantumvis inexcogitata cautela, & passionis,
etiam à Sede Apostolica in genere, vel in specie,
aque individualiter cum illarum, & illorum
inerto tenore approbatis, & confirmatis, ac
forsan præfato quinquennio durante approban-
dis, & confirmandis, aliquid aliquando ab his
Titularibus repetendi competere, sed ipsos Pen-
sionarios ad Decimatum hujusmodi solutionem
pro rata sive cujuslibet pensionis, præfato quin-
quennio durante teneri; ac per eos ad quos
spectat, & pro tempore spectabit cogi, & com-

pelli posse, seu debere. Omnes vero confessio-
nes, ac quietantias receptionis Decimarum a
Procuratoribus, & Ministeris Camerae prædictæ
tam Conductoriis, Censuariis, & Locatoribus
nomine suorum Principalium, quam etiam
ipsi, necnon possessoribus, usufructuaris, &
aliis pensiones, seu fructus solvere debentibus,
nomine pensionariorum faciendas, perinde va-
lere, atque in Judicio, & extra illud ubique
locorum fidem facere, ac si ipsi metu principalibus
& Pensionariis præsentibus, & solventibus
factæ, & exhibite fuissent.

§. 10. Conductores autem qui pretium lo-
cationis Dominis legitime anticipaverint loca-
tionem suam hujusmodi, quoad hoc proroga-
mus usque ad integrum satisfactionem, ut prius
etiam adveniente successore, continuare debe-
re: Sicque per quoscumque Judices Ordina-
rios, & Delegatos, etiam Caesiarum Palatii
Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales,
etiam de Latere Legatos, & Nunios in quavis
instantia, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis
aliter judicandi, & interpretandi facultate,
& auctoritate, ubique judicari, & diffiniri de-
bere; ac irritum, & inane quidquid secus super
his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel
ignoranter configerit attentari, decernimus, &
declaramus.

§. 11. Ut autem omnia prædicta, sicut causa
urgens postulat diligenter, & fideliter & execu-
tioni demandentur, præfatum Palatum Cardi-
nalem Camerarium cuius integritas, fides, at-
que experientia jam pridem Nobis perspecta est,
& nota devotio, Generalem omnium Decima-
rum prædictarum Collectorem in Italia, & In-
sulis illi adjacentibus hujusmodi, cum omni-
bus, & quibuscumque Privilegiis, Jurisdictioni-
bus, ac Juribus, quæ omnes alii antehac hujus-
modi Collectores habuerunt auctoritate prædicta
tenore præsentium constitutimus, & deputamus,
eique plenam, liberam, & absolutam facultatem,
& auctoritatem tribuimus, omnes ipsas Decimas
Cameræ prædictæ nomine procurandi, prædi-
tos omnes, tam conjunctim, quam divisi ad
illarum integrum solutionem, ut prædictum est,
faciendam, etiam per Edictum locis publi-
cis affigendi, monendi, & requirendi: non
parentes, fraudantes, & ceteros contumaces
in censuris, & penas prædictas incidisse, ser-
vata forma Concilii Tridentini, declarandi
proprietates, res, fructus, & alia bona ipsorum,
etiam manu Regia apprehendendi, &
usque ad condignam satisfactionem retinendi,
contradictores, perturbatores, & rebellores quo-
cumque, eisque auxilium, consilium, vel fa-
vorem publice, vel occulte, quovis quasio colo-
re præstantes, cujuscumque dignitatis, gradus,
& ordinis fuerint, prædictis, aliisque censuris,
& penis Ecclesiasticis, necnon pecuniariis, ca-
terisque juris, & facti remedii compellendi,
illaque etiam iteratis vicibus aggravandi, digni-
tibus, beneficiis, & officiis omnibus privandi,
& amovendi, ad futura inhabiles faciendi, inter-
dictum Ecclesiasticum apponendi: auxiliumque
brachii sæcularis quandcumque opus fuerit in-
vocandi, ad sanitatem vero reversos, qui de-
bite satisfecerint, ab omnibus censuris, &
penis supradictis in forma Ecclesiæ consueta
absolvendi super irregularitate forsan incursa,
dummodo tamen in contemptu Clavum non
celebraverint, dispensandi, & ad pristinum fla-
tum omnino restituendi.

§. 12. Præterea Collectores, & Subcollecto-
res viros, ubique providos, ac fide, & facultati-
bus locupletes, & solertes in omnibus Civita-
tibus, Terris, & Provinciis Italij, & Insularum
illj adjacentium hujusmodi, quotquot viderit
expediti, cum simili, vel limitata, non tamen
absolvendi, potestate constituendi, eumque, vel

Mandat quie-
tantias, &
confessiones de recep-
to factas per Mi-
nistros Can-
Conductori-
bus, Censua-
ris, & Loca-
toribus no-
mine suorum
principalium
sene proba-
re etiam in
Judicio.
Conductori-
bus, qui antic-
cipare sol-
licitationem pro-
rogat usque
ad integrum
satisfactio-
nem etiam
adveniente
successore.
Derogat
contrariis.

Card. Came-
rarium depu-
tat dd. Deci-
marum gene-
ralem Colle-
ctorem cum
omnibus fa-
cilitatibus, &
privilegiis,
prout in rub.

Eidem Card.
dat faculta-
tem alios
ubique Col-
lectores, &
Subcollecto-
res deputan-
di, removendi,
& alios
subrogandi,
prout in ru-
brica.

cos ejus arbitrio revocandi, negligentes, & mōros removendi, ac alium, seu alios subrogandi quotiescumque ei videbitur, ac ab eis eorumque heredibus, & successoribus administrationis rationes exigendi, in delinquentes, & suspectos per se, vel alium, seu alios, etiam simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij inquirendi, & meritis penitentiā, modos, & formas in prædictis servandos præscribendi, dubia quacumque in præmissis forsitan oritura declarandi, ac prorsus omnia, & quacumque circa ea necessaria, & opportuna faciendi, statuendi, & exequendi, etiam taliā forent, quae mandatum exigerent magis speciale, quam præsentibus est expressum. Ea tamen conditione adjecta, quod Collectores, & Subcollectores deputandi, seu substituendi hujusmodi per deputationem, seu substitutionem eorum personis, ut præfertur faciendam nullo modo censeantur exempti a solutione trium Decimarum prædictarum, quas ratione Ecclesiastarum, Monasteriorum, Beneficiorum, seu Pensionum per eos obtentorum solvere debeant.

§. 13. Non obstantibus piae mem. præfertim Pauli III., ac Gregorii XIII. quibus inter alia cavetur, quod Clerici Regulares Societatis Iesu a solutione Decimarum hujusmodi exempti esse debeant, ac B. Pii V. Duodecim Congregationibus præfatis, ex titulo onero parem exemplum concedentis, & Bonifacii VIII. Romanorum Pontificum etiam Prædecessorum nostrorum de una, & in Concilio Generali edita de duabus dieris, & aliis Apostolicis Constitutionibus, necnon Ecclesiastarum, Monasteriorum, Prioratum, Ordinum, Congregationum, Hospitalium, Militiarum, & locorum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, stabilitimis, usibus, & naturis, necnon quibusvis privilegiis, indulxit, exemptionibus, etiam in corpore Juris clausis, Immunitatibus, literis Apostolicis, Ordinibus, Congregationibus, Miliitiis, Monasteriis, Conventibus, Regularibus locis, Capitulis, dignitatibus, atque quibusvis personis supradictis tam secularibus, quam Regularibus generaliter, vel specialiter, sub quacumque forma, & verborum expressione ab eadem Sede, etiam ex causa concordie, aut remunerationis laborum, vel titulo onero, aut alias ex qualibet alia Causa, etiam hic non expresa, & necessario exprimenda concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo labore permanens, hac vice dumtaxat harum serie latissime, & plenissime, ac specialiter, & expresa derogamus contrariis quibuscumque.

§. 14. Quodque si Prælatis, & Personis prædictis, eorumque Ecclesiis, & locis, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim a præfata si Sede Indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulso hujusmodi, necnon personis, eorumque nominibus, & cognominibus, Ecclesiis, Monasteriis, & Ordinibus, ac locis hujusmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, exemptionibus, Immunitatibus in genere, vel in specie quandocumque concessis, confirmatis, & innovatis, etiam solutionem Decimarum alias quam secundum antiquam taxam, & nisi in Universali Decimarum per Optimam impositione fieri prohibentibus, necnon promissionibus, applicationibus, donationibus,

obligationibus, juramentis, renunciationibus, vinculis, & cautelis in assignatione prædictarum pensionum factis, quibus per impositionem Decimarum hujusmodi neminem teneri, neque eas quoad præmissa contra quemcumque locum habere, similiter declaramus, aliusque Indultis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus cuiuscumque tenoris existant, per quæ præsentibus non expressa, aut omnino non inserta, effectus earum impediti valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, eorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis: Quæ omnia contra præmissa nolumus cuicunque in aliquo suffragari. Necnon aliis hujusmodi impositionibus, & concessionibus ad tempus nondum elapsum, si quæ sint factis, certeque contrariis quibuscumque.

§. 15. Ut vero subidia hujusmodi magis prompta haberi possint, & Decimas prædictas solvere debentes ad compositionem cum dicta Camera Apostolica deveniendum per amplius invitentur: Statuimus, & decernimus quod si ante quinquennii prædicti terminationem Decimarum solutio, ut infra cessaverit, eadem Camera Apostolica ad restitutionem, & refectionem pecuniarum ab eisdem Decimis provenientium illis, qui ut præfertur, cum ea concordaverint, faciendam, pro rata tamen temporis ante dicti Quinquennii lapsum decursi, & summa per eos solute omnino teneatur.

§. 16. Et insuper volumus, quod si, favente Deo, Causæ, propter quas Decimarum prædictarum impostio emanavit, ante quinquennium hujusmodi cessaverint, etiam Decimarum hujusmodi solutio cesseat, & cessasse censeatur eo ipso. Insuper in percipiendis Decimis prædictis Constitutionem rec. me. Clementis PP. V. similiter prædecessoris Nostri in Concilio Viennen. editam, quod Decimæ ad monetam currentem communiter levari, nec Calices, Libri, ceteraque Ecclesiastarum ornamenta Divino Cultui dicta ex causa pignoris capi, pereipi, vel distrahi aut alias quomodolibet occupari debeant, ubique volumus observari. Quin etiam præcipimus, ne quisquam etiam plura quicunque valoris Beneficia Ecclesiastica, seu plures Pensiones, aut fructus, seu talia mixta obtinens pro litera, & sigillo quietantæ Universalis, si illam habere voluerit, ultra unum Carolenum sufficientem quadrages triginta septem moneta Romana, solvere teneatur, nec ad aliud onus etiam prætextu Cambii uspiam compellatur.

§. 17. Ceterum volentes, illos quos Dei timor a malo non revocat, saltem formidine poena, & publica disciplina compescere; omnes, & singulos cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, etiam si Pontificali dignitate potiantur, qui de hujusmodi exigendis Decimis aliquid usurpare, seu subtrahere, aut sibi ratione Ecclesiastarum, Monasteriorum, Beneficiorum, seu Pensionum per eos obtentorum, ut præfertur, retinere, aut illas exigendo, colligendo, vel conservando fraudem, vel deceptionem aliquam committere malitiose præsumplerint, interdicimus a Divisionis, ac majori excommunicationis, & etiam privationis Ecclesiastarum, Monasteriorum, & Beneficiorum quæ obtinent, & pensionum, quas percipiunt, necnon inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, sententias, censuras, & penas incurrire volumus ipso facto; Ita ut ab eadem excommunicatione ab alio, quam Romano Pontifice, aut in mortis articulo absolutionis beneficium nequeat obtinere. Quia vero difficile nimis esset presentes literas ad singula quæque loca, & quocumque illis opus fuerit perferre:

§. 18. Volumus, ut illorum exemplis, etiam impressis, & Notarii publici manu, Palutii Cardi-

invitat debi-
tores hujus-
modi Deci-
marum ad
compositio-
nem cum R.
Cam.

Si ante
quinquen-
nium cesse-
t hujusmodi
solutio man-
dat Cameræ,
ut restituat
acceptum ex
causad. Com-
positionis
pro rata tem-
poris.

Cessantibus
causis ante
quinquen-
nium cesse-
t solutio.

Mandat ob-
servari Con-
stitutionem
Clemen. V.
prout in ru-
bricas.

Præcipit ne
quis pro lite-
ra, & sigillo
quietantæ
Universalis
solvere de-
beat ultra
unum caro-
lenum.

Poenæ adver-
sus subtra-
hentes, aut
fraudantes
hujusmodi
decimas.

Transumptio-
rum fides.

Declarathu-
jusmodi Col-
lectores. &
Subcollecto-
res non esse
exemptos a
solutione dd.
Decimarum,
rationes bene-
ficiorum, vel
pensionum per
ipso pos-
test.

Omnibus
contrariis
amplissime
derogat.

Declarat Ec-
clesias, Locis,
Personis, &
Prælatis nul-
lum suffraga-
ri privile-
gium specia-
le exemptio-
nis a d. solu-
tione Deci-
marum, qui-
bus partem
derogat.

Publicatio.

Sanctio
penalis.Edit. 12.
Mart. 1674.
An. 4.

nalis Camerarii præfati, seu alterius ab eodem Deputari Collectoris, seu Prælati Ecclesiastici, ejusque Curia sigillo obsignatis eadem proorsus fidès in Judicio, & extra illud ubique locorum adhibeat, ac si essent exhibitæ, vel ostensæ. Ut autem præsentes ad communem notitiam deducantur, eas valvis Ecclesia S. Jo. Lateranen., Basilicarum Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris de Urbe, & Cancellaria Apostolica affigi, seu appendi faciemus, quæ se suo quasi sonoro præconio, & patulo judicio publicabunt, ut ii, quos præmissa contingunt, quod ad ipsos non pervenerint, aut ea ignoraverint, nullam possint excusationem prætendere, seu ignorantiam allegare: Cum nō sit verisimile quoad ipso remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

§. 19. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam indictionum, impositionum, suspensionis, suppositionis, innodationis, decreti, concessionis, impartitionis, prorogationis, constitutionis, deputationis, tributionis, declarations, voluntatis, & præcepti Nostrorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indigationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo septuagesimo tertio, Quarto Idus Martii, Pontificatus nostri Anno Quarto.

† Ego Clemens Catholice Ecclesiæ Episcopus.



- † Ego Franciscus Episc. Ostien. Card. Barberinus S. R. E. Vice-cancellarius.
 † Ego Franciscus Maria Episcop. Portuensis Card. Brancatius.
 † Ego Uldericus Episcopus Tusculanus Card. Carpineus.
 † Ego Virginius Episcopus Albanensis Cardinalis Ursinus.
 † Ego Nicolaus tit. S. Mariæ in Translyberim Presbyter Card. Ludovisius.
 † Ego Alderanus tit. S. Praxedis Presbyter Card. Cybo.
 † Ego Federicus tit. S. Petri ad Vincula Presbyter Card. Sforzia.
 † Ego Benedictus tit. S. Honuprii Presbyter. Card. Odescalchus.

† Ego Aloysius tit. S. Alexii Presbyter Cardinalis Homodeus.
 † Ego Petrus tit. S. Marci de Urbe Presbyt. Card. Ottobonus.

† Ego Jo. Baptista tit. S. Marcelli Presbyt. Card. Spada.

† Ego Franciscus tit. SS. Quatuor Coronatorum Presbyt. Card. Albitius.

† Ego Octavius tit. S. Ceciliae Presb. Card. Aquaviva de Aragonia.

† Ego Carolus tit. S. Prisca Presb. Card. Pius.

† Ego Flavius tit. S. Mariae de Populo Presb. Card. Chistus.

†

† Ego Jacobus tit. S. Marie in Ara-Celi Presbyter Card. Franconus.

† Ego Petrus tit. S. Calixti Presbyter Cardin. Vindonus.

†

†

†

† Ego Carolus tit. S. Anastasiæ Presbyt. Cardinal. Bonellus.

†

†

† Ego Palatius Palutius Albertonius SS. XII. Apostolorum Presbyt. Card. de Alteris S.R.E. Camerarius.

† Ego Caesar tit. S. Jo. ante Portam Latinam Presbyt. Card. Rasponus.

†

† Ego Jacobus S. Mariae de Pace Presbyt. Cardin. Ninius.

†

†

† Ego Jacobus tit. SS. Jo. & Pauli Presb. Card. Rofpiglioijus.

† Ego Ludovicus tit. S. Sabinae Presbyt. Cardin. Portocarrero.

†

†

† Ego Jo. tit. S. Bernardi Presb. Card. Bona.

† Ego Camillus tit. S. Eusebii Presbyt. Card. Maximus.

† Gaspar tit. S. Silvestri in Capite Presbyt. Card. de Carpino.

† Caesar tit. S. Maria in Via Card. Destraus.

†

†

† Ego Jo. Guerardus tit. S. Bartholomæi in Insula Presb. Card. Nitardus.

† Fr. Vincentius Maria Ursinus Presbyter Cardin. S. Xisti.

† Ego Franciscus tit. S. Matthæi in Merula Presb. Card. Nerlius.

† Ego Hieronymus tit. S. Pudentiane Presb. Card. Caftaldus.

†

† Ego Fridericus S. Agathæ Diaconus Card. Hassæ.

† Ego Carolus S. Cesarei Diaconus Card. Barberinus.

† Ego Decius S. Euſtachii Diaconus Card. Azolinus.

† Ego Paulus S. Nicolai in Carcere Tull. Diaconus Card. Sabellus.

† Ego Nicolaus SS. Cosmæ, & Damiai Diaconus Card. Acciagulus.

† Ego Felix S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Card. Rofpiglioijus.

† Ego Hieronymus S. Mariae in Porticu Diaconus Card. Casanata.

† Ego

1674.

† Ego Petrus S. Mariæ in Dominica Diat. Card.
Bafadonnae

†

†

I. G. S. Iusti
Visa de Curia S. de Pilastris.

Q. Ciampinus;

Loco † Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevia.

Præsentes Literæ Apostolicae die Veneris 20.
Aprilis 1674. præsentæ, & admisæ fuerunt in
Camera Apostolica, & registratae in libro pri-
mo Signaturarum Sanctiss. D. N. Papæ Clemens
X. fol. 64.Matthæus de Angelis Rev. Cam. Apost. Secretar,
& Cancell.Anno à Nativitate Dom. Nostri Jesu Christi mil-
lesimo sextagesimo septuagesimo quarto, Indi-
etione duodecima, die vero 21. Apr., Pontifi-
catus autem Sandissimi in Christo Patri D. N.
D. Clementis Divina Providentia Papæ X. anno
ejus Quarto, præsentes literæ Apostolicae leste,
affixa, & publicate fuerunt ad valvas Basili-
carum Lateranen. Principis Apostolorum, San-
ctæ M. Majoris, & Cancelleriae Apost. per nos
Jo. Antonium Scajolam, & Jo. Græcum preli-
bati SSmi D. N. Papæ Curores.

Laurentius Signus Mag. Curs.

Præsentatio,
& admisio
præsentum
literarum in
Cam. die 20.
Aprilis 1674.Fides publi-
cationis.

LVIII.

Indictio Universalis Jubilæi Anni Sancti 1675.

CLEMENS EPISCOPUS,

SERVUS SERVORUM DEI.

Universis Christifidelibus præsentes literas inspe-
cturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Prodomium.

AD Apostolicae vocis Oraculum, è militan-
tis Ecclesiæ specula evangelizantis Orbi Chri-
stiano, gaudium magnum: Tempus nimurum
acceptabile, dies salutis, in quibus è mystica
Fidei petra, uberiore proventu decurrent fluen-
ta aqua salientis in vitam æternam, letamini
populi, exultate gentes, & ad Sanctam in Ter-
ris Civitatem Dei, certatim accurrite, ut vide-
atis voluptratem Domini, & visitetis Templum
eius. Appropinquat scilicet annus Jubilæi, an-
nus remissionis, & gratiæ, annus placabilis, &
Sanctus, cuius solemnitatem ex veteri divinitus
tradita Hebraeorum disciplina, ut quinquegesi-
mo quoque anno recolerent exitum Domus Jacob
de populo Barbaro, sapienter derivatam, more
prædecessorum nostrorum Romanorum Pontifi-
cum celebratur sumus, Mysterio tamen eo su-
blimiore, quo Cœlestia, & æterna, qua à lege
gratiæ conferuntur, terrestribus, & caducis an-
tecellunt, qua lex illa servitius, figura & umbra
novi Testamenti, pollicebatur; pro mortali
enim patria, pro fundis paternis, pro corporis
libertate, quam Hebrei illo anno recuperantur;
renovantur hac recurrente celebritate
Christifideles spiritu liberatis, per quem vocan-
tur in adoptionem filiorum Dei, & roborantur
sæp. beatæ illius patriæ, & æternae hæreditatis, à
qua per prævaricationem primi Parentis excide-
rant. Quamvis enim nullum sit tempus, in quo
Fidelibus penitentiam agentibus non præsentur
Cœlestis Indulgentiæ dona, deponpta ex infi-
nitis Christi passionis, & mortis meritis, omni-
umque Sanctorum; hac tamen felicitate, quasi
in quadam plenitudine temporis, largiore manu
tribuuntur, dum spiritualis ærarii, & Ecclesia-
stici Thesauri porta latissime referantur.

S.. 1. Agite ergo, filii dilectissimi, & Roma-
nae Ecclesiæ plena de materno sinu ubera exeren-

tis, atque omnes, qui laborant, & onerati sunt,
ad se, ut eos reficiat, invitantis vocem secuti,
peregrinationem hanc sacram læti suscipite. Si
enim ob incertam alicujus temporalis, fluxique
lucru spem, non dubitatis, aliquando difficile, &
longinquum ad barbaras Terras, vel iniquissimo
anni tempore, iter ingredi, & vitam, savis, per
ignota maria, tempestibus, ventisque com-
mittere, qua tandem alacritate profici par est
ad amœnas, atque hospitales Latii plagas, certa
spe, si per vos non steterit consequendi Thefa-
ros non deficientes in Cœlo, quos neque ærugo
absumit, neque tinea? Ad sanctam hanc Hieru-
salem, Matrem Ecclesiarum, Fontem Religio-
nis, Magistrum Gentium, Regiam sanctitatis,
invitant vos tot egregia per eam sparsa prisca pie-
tatis, & sanctimonia monumenta: Invitant San-
ctissimorum Pontificum, & Martyrum invictissi-
morum Sepulchra: invitant totò Orbe clarissi-
ma Apostolorum trophyæ, cum quibus nulla ve-
teris illius viætricis Gentium Rômae trophyæ sunt
conferenda. Ipsa denique Sacrofæcta Passionis
Dominice Instrumenta, quorum adorandorum
causa præfici illi fideles ex ultimis Terris Palæsti-
nam petebant, è Palæstina huc olim adducta,
quasi amoris pignora, quo diligit Dominus por-
tas Sion super omnia Tabernacula Jacob, vos
amanter invitant. Excitamini ad hæc, & venite
alacriter, filii promissionis, in Parentis gremium,
Oves Dominici gregis, in Pastoris amplexus.
Atque utinam precibus, quas ex intimis Paternæ
Charitatis præcordiis continenter effundimus exo-
rata Divina Bonitas aliquando secundet spem,
qua aliquot abhinc lustris affulgere visa est, re-
ducendi ad Christi Ovile, extra quod non est sa-
lus, tot Nobißimas Christiani Orbis Provincias,
longe optimis artibus, virisque florentes, quas
Patrum nostrorum memoria, ab unitate Roma-
na Ecclesiæ, infelix dissidium, & malus error
abduxit. Quam libenter omnes Paterno finu
completeremur. Quantas Patri misericordiarum
gratias ageremus, quod dies nostros ad tam gra-
ve senium protulisset, ut videremus salutare Dei,
antequam in pace dimitteret servum suum.

S.. 2. Vos autem charissimi in Christo filii,
Reges, & Princes, luminaria magna Ecclesiæ
Dei, per quem regnatis, si conditio temporum
non patitur, vos pia majorum nostrorum studia
seculantes, sacrum hoc iter institute, de sub-
jectis vestris, aliisque Romam penitentibus parate
viam Domini, præbete tutæ, & pacata itinera,
& omnis generis commeatæ, ne alioqui lugeant
via Sion, eo quod non sit qui veniat ad sole-
nitatem. In primis vero, quod nos jampridem
omni Pastoralis sollicitudinis, & parerna chari-
tatis Officio, tum à vobis per literas, & Nun-
cios nostros, tum à pacis auctore Deo iugis pre-
ce efflagitamus; ponite aliquando iras populis
vestris graves, rei Christianæ publicæ luctuosas;
Congregamini cum Deo Abraham, & bella Do-
mini prælantes, vertite arma in immanes Bar-
baros, inclito Poloniæ Regno, aliisque Chris-
tianis Provinciis, terra marique imminentibus. Eos
enim clades, quantumvis magna, memorabilis-
que ad Tyram amnem nuper accepta, irritavit
potius quam fregit: nisi perculsis instet victor
exercitus, & triumphis asperetus, nosque post
opem divinam diu, ac suppliciter imploratum,
quamprimum communem causam, commune
periculum, communibus quoque studiis, armis
que tueamur.

S.. 3. Nos igitur per traditam nobis à Deo,
qui infirma mundi eligit, ut fortia quæque con-
fundat, una cum sollicitudine omnium Eccle-
siarum, ligandi, atque solvendi potestatem, quæ
in digno hæredie non deficit, Sanctissimis præ-
cessorum nostrorum vestigiis inhærentes, eorum
que laudabile institutum tenentes, de Venera-
bilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium

Vota SS.
Pontificis.

Monet Re-
ges, & Prin-
cipes, ut præ-
beant tuta, &
pacata itinera,
ac omnis
generis com-
meatus.

Indicti SS.
Pontifex uni-
versale Jubi-
lum Anni
Sancti.

affensu;